

Luthers in Corlaui

Inscriptio = uoluntatis de dominio
Vocandi missae p[er] p[er] p[er]


88
Gott



egen dem
n noch zur
nt Stanz
man zu wi
is die star

ra in Lan
pr. andern
auch abne
acht / das

das geben
chmeyster
n schiff an
m steyß wi
r auch seer
n so wer er
fen.



In no
publ
notu
gente
ne. x
electi
non c
ante
eccler
ellent
frasc
ac m
thon
frasc
mo v
fareg
miffa
ac m
cre T
Rob
racer
ops
trato
ac d
vna
vica
tibus
& ca
di, n
simu
infra
liter

In nomine indiuidue trinitatis amē Per hoc presens
publicum instrumētum cunctis pateat euidenter & sit
notum, q̄ anno a natiuitate domini millesimo quin-
gentesimo .xxij. die nona mens̄ Februarij, Indictio-
ne. x. pontificatus sanctissimi domini nostri domini
electi Pape, de cuius nomini pontificali adhuc nobis
non cōstat, anno primo, paulo post decimam horā,
ante meridiem, die dominico, summa missa, in solēni
ecclesia collegiata beatę Gudulę isignis oppidi brux
ellensis cameracensis dioceſ; celebrata Ibidem & in-
frascripto actui solemniter presidentibus Reuerendis
ac magnificis viris dominis Hieronymo Aleādro p
thonotario nuncio & commissario apostolico, ad in-
frascripta specialiter deputato. ac domino Hierony-
mo vāder noot, Cancellario ducatus Brabantię, & ce-
sareę ac catholicę maiestatis etiam in hac parte com-
missario necnon reuerendo in christo patre domino
ac magistro Adriano herbouts, episcopo Rosen. sa-
cre Theologię professore, ac reuerendissimi domini
Roberti de Croy administratoris episcopat⁹ Came-
racensis suffraganeo, ac etiam magistro Rouero sto-
ops officiale predicti reuerendissimi domini adminis-
tratoris, In sua curia Cameracensi Bruxellis resideñ.
ac domino Marbriano de orto, Decano Niuellen,
vna cū alijs in spiritualibus eiusdem rereuerendissimi
vicarijs supra oxale chori predictę ecclesię consisten-
tibus, ac subtus in choro nam magna ipsius ecclesię
& capellis religiosi clero & populo predicti oppi-
di, necnon curię cesareę maiestatis ad multa milia in-
simul congregatis, in mei notarij publici ac testium
infra scriptorum presentia, In eodem oxali personā-
liter constitutus frater Iacobus prepositi, ordinis he

A ij

remitarum sancti Augustini nuper preor conuentus
eiusdem ordinis insignis & mercurialis oppidi And
uerpiensis dictę Cameracensis dioceſis faciem ad po
pulum dirigens, alta & intelligibili voce quandā no
tabilem contionem ſiue ſermonem in linguatę toni
cali huius patrię Brabantie ſolemnem fecit multas ſa
crę ſcripture auctoritates latine allegando & teutoni
ce interpretando ad propositum & materiã ſuę peni
tentię ac reductionis ad ſanctę matris eccleſię gremiũ
ab infra ſcriptis errorib⁹ & heresiſ, in quib⁹ ſeu quas
ipſe frater Iacobus incurrerat facien. & omnino
pertinentes. Qua quidem contione ſeu ſermone per
acto, idem frater Iacobus infractos articulos lati
ne ſcriptos alta & intelligibili voce ad predictum cle
rum & populum de verbo ad verbum ſicuti ſubſcri
buntur pronunciauit.

EGO frater Iacobus prepoſiti religioſus ordinis he
remitarum ſancti Auguſtini, Anathematizo omnem
hereliſ, Et precipue eam de qua diffamatus ſum, &
quam frater Martinus Luther in ſuis libris, & ad po
pulum ſermonibus hiſ temporibus docuit & tenuit,
propter quam a ſede apoſtolica tanquam hereticus
cum ſua doct̄ina damnatus eſt, maxime quo ad arti
culos in litteris apoſtolicis expreſſos, Conſentio aut
ſanctę Romane eccleſię in omnibus que ad chriſtias
nam religionem ſpectant Et confiteor quecumq; ſe
des apoſtolica confitetur Inſuper ſentio & teneo pre
fatum Martinum cum ſua doct̄ina rite & legitime a
dicta ſancta ſede apoſtolica condemnatum. eius li
bros, tractatus, vel ſermones tam editos quam eden
dos recte vetitos legi vel teneri, ac incendio tradi mã
datos. Specialiter autē reprobō quosdam articulos,

quorum aliquos publice predicauī, alios priuatim familiariter expressi, ceteros apud me sēsi iuxta formā quę sequitur. Finis COPIE.

Articulus primus.

Tantum tria ecclesię sacramenta, scilicet Baptisma, Penitentia, & Eucharistia, Expressa in scriptura sacra, sunt diuinitus instituta. Reliqua autem quatuor humanitus per ecclesiam.

Articulus Secundus

Nō est indulgētis cōfidendū Articulus tertius

Papa indulgentias dare non potest

Articulus Quartus

Indulgentie non sunt efficaces

Quintus Articulus.

Nulla merita sanctorum, alijs applicari possunt

Sextus Articulus.

Omnia opera sanctorum, peccata sunt, & misericordia ignoscente & remittente egent.

Septimus Articulus

Null⁹ est ecclesię thesaurus, preter christi merita que dumtaxat per ipsum Christum vnicuiq; secundum suam fidem applicantur

Octauus Articulus.

Lutherus cum sua doctrina, non est legitime per se dem Apostolicam condemnatus.

Nonus Articulus.

Liberum arbitrium bonorum actuum suorum interiorum nō est causa effectiua, sed dumtaxat receptiua, ita vt solum se habeat ad eos passiue.

Decimus Articulus.

Omne opus liberi arbitrii quātūcunq; bonum, peccatū est, egēs dei misericordia ignoscere & remittere.

A iij

Vndecimus Articulus

Quicquid agit homo ante iustificantē gratiam peccatum est.

Articulus Duodecimus

Vnica refectio, & a certis cibarijs abſtinentia irrationabiliter tempore ieiunij precipiuntur & cōtra ſcripturam ſacram.

Articulus tertiusdecimus

Chriſtiani ſunt liberi, ab hmōi ieiuniorū obſervantia

Articulus quartusdecimus

Neciſa facit ad obſervantiam legis dei.

Articulus quintusdecimus

Dubium eſt, An homo ſe voto obligare poſſit, ad ſupra dictum ieiunium.

Articulus ſextusdecimus.

Papa, vel eccleſia, non vult nec poteſt ſubditos ſuos, ſub pena peccati mortalis obligare, ad hūc ſenſum, q̄ homo transgrediendo præceptum ſuperioris hominis, non peccet mortaliter.

Articulus decimusſeptimus.

Superiores tenentur non velle ſubditos obligare ſub pena peccati mortalis.

Articulus decimus octauus.

Subditus ſui ſuperioris præceptū transgrediens ex ignorantia ſupina, vel paſſione, ſecluſo ſcādalonō peccat

Articulus decimus nonus

Capitulum, Omnis vtriuſq; ſexus, irrationabiliter precipit: ſemel in anno confitendum.

Articulus Viceſimus

Papa non eſt de iure diuino caput eccleſie.

Articulus viceſimus primus.

Petrus ſolo iure humano, factus eſt primus vel ſupre

mus
bet p

In or
pi ſu

Con
re po

Cōc
tum

Car
ri ar
pecc

Idēc

Om

Qui
mo,

Diſp
tiam
ipſa

Do
OM
Re
cul
trib

mus inter apostolos, & idem censendum est de quolibet petri successore.

Articulus vicesimussecundus.

In omni foro tam interiori quàm exteriori omnes episcopi sunt equales.

Articulus vicesimus tertius

Concilium rite congregatum, precise tantum decidere potest, quantum scriptura sacra expresse continet.

Articulus vicesimus quartus.

Cōcupiscentia que in baptizato relinquitur est peccatum proprie dictū, cōtra hanc legē dei, Non cōcupisces.

Articulus vicesimus quintus.

Caro tali concupiscentia infecta, ad omne opus liberi arbitrii cōcurrit, vnde quodlibet opus humanum peccatum efficitur.

Articulus vicesimus sextus.

Idē cēsendū ē de martirio petri & aliorū sctōrum operibus.

Articulus vicesimus septimus

Omnes layci sunt sacerdotes.

Articulus vicesimus octauus

Qui manet in peccato mortali, non manet in baptismo, sacerdotio, episcopatu, & papatu.

Articulus vicesimus nonus.

Displicentia de peccatis admissis, non est via ad gratiam iustificantē, Sed econtrario. Gratia est via ad ipsam displicentiam.

Articulus Tricesimus

Dolor de vno peccato, sine dolore oim, est peccatū. OMNES igitur & singulos supradictos Articulos: Reuoco, reprobō, & damno Quorum quidam articulorum aliqui sunt notorie heretici, & a sanctis patribus reprobati. Quidam vero scandalosi Alij vero

piarum aurium offensui, Nonnulli simplicium men-
tium seductiui. Et omnes pietati ac paci christiane ad-
uersantur. Profiteor autem hec omnia pure, & sine
conditione ex animo sincero plene de veritate istruc-
tus Et si iuro per sanctam Trinitatem per hec sacro-
sancta euangelia me in veritate ecclesie catholice sem-
per & sine dubio permanurum & omnes qui contra
hanc fidem venerint cum dogmatibus suis eterno an-
athemate dignos esse pronuncio. Et ego ipse ali-
quando (q̄ absit) aliquot contra sentire aut predica-
re presumpsero canonum seueritati subiaceam & eter-
ne poene obligatus inueniar. Et absq̄ aliqua mora si-
mili modo pronunciauit subsequentiā.

Quoniam videtur expedire post reuocationem factā
aliquantisper eam declarare potissimum vt ego lucis
dius manifestem fidem & credulitatem meam circa
ea que predicauit docui vel sensi vel de quibus confa-
bulatus sum, manifesto & pronūcio fidem meam de
Sacramentis ecclesie & assero me credere quod de illis
tenet & credit sancta mater ecclesia Romana esse
videlicet septē Sacramenta scilicet, Baptismum, Pœ-
nitentiam, Eucharistiam, Confirmationem, Ordinē
Matrimonium, & extremam Vnctionem instituta a
Christo, q̄ autem aliter docui vel predicauit erravi in
fide, numerū sacramentorū a christo traditū minuēs.
Dico heresi eē laicos eē sacerdotes & credo eē p̄eise sa-
cerdotes ordinatos ab episcopis secundum ritum ecc-
lesie, nec sufficere ad sacerdotium q̄ quis se deo offer-
rat Quod autem aliter predicauerim erravi dignitati
sacerdotali derogans & confusionem in statu christi-
anorum inducens De indulgentijs autem credo con-
fidendum esse in eis ad intentionem qua in ecclesia cō-

ceduntur quibus homines peccatores absoluuntur a
pœnis debitis in purgatorio & assero eas posse sum-
mum pontificē concedere auctoritate sibi diuinit⁹ tra-
dita & ideo erroneę dixi indulgētias esse nullas et nō
esse efficaces quinimo positis illis que in litteris in-
dulgentiarum exprimuntur efficaces sūt & suum for-
tuntur effectum, & solatium animę & conscientię sūt
reputandę .

De meritis autem sanctorū credo firmiter posse alijs
applicari, vt ex multis passibus sacre scripturę con-
stare potest, q̄ autem aliter dixerim vel predicauerim
errauī quinimo propter merita sanctorum multa im-
petram⁹ a deo q̄ possint ea nobis applicari, vt prop-
ter eorum merita nobis pœne debite relaxentur. Nul-
lo pacto cēsendum est nec ego iam credo omnia ope-
ra sanctorum fuisse peccata indulgentiā remissione,
sed credo & assero opera eorum fuisse sic vitę eterne
meritoria q̄ omni culpa carerent. q̄ autem aliter pre-
dicauerim errauī, opera sanctorum denigrādo & eis
contumeliam inferendo. De thesauro autem ecclesię,
credo esse ecclesię thesaurum merita christi & sancto-
rum que possunt fidelibus applicari vt predictū est,
q̄ autem oppositum dixerim errauī thesaurum eccle-
się diminuens.

De condemnatione autem apostolica qua Luthe-
rus cum suo dogmate est damnatus credo & assero
fuisse legitimam legi dei sacris concilijs sacrisq̄ doc-
toribus consonam sicut in mea reuocatione peram-
plius dixi, q̄ autem oppositum predicauerim vel dix-
erim impie errauī & sacro sanctę fidei apostolicę in-
iuriam temerarie intuli.

De libero autem arbitrio credo & assero q̄ actiue cō-

B

currit & coagit ad actus bonos libere, q̄ autem aliter
dixerim vel predicauerim erraui, auferens liberi arbi
trij libertatem contra sacram scripturam & sacrorū
doctorum doctrinam. De operibus autem liberi ar
bitrij credo non omnia esse peccata, sed aliqua esse vi
tæ eternæ meritoria absq̄ aliqua culpa & per conse
quens non indigentia misericordia remittente, q̄ au
tem aliter dixerim vel predicauerim erraui impie &
scandalose in fide & moribus Non credo q̄ quicquid
homo agat ante gratiam iustificantem peccet, imo si
ne peccato posset se ad gratiam disponere & multa o
pera agere que non imputantur ad culpam, q̄ autem
aliter p̄dicauerim vel docuerim erraui, temerarie il
lud asserendo & peccatores a peccatorum suorū emē
datione retrahendo.

De obseruantia autem ieiuniorum & abstinentia a car
nibus certo tempore teneo & credo eē rationabiliter
iniunctas Christifidelibus & facere ad obseruantiam
legis diuinæ & macerationem carnis & mentis eleua
tionem in deum & christianos teneri ad huiusmodi
obseruantiam ab ecclesia traditam & transgrediētes
mortaliter delinquere nisi legitime rationabili causa
venirent excusandi neq̄ hoc cuiuslibet arbitrio est dia
mittendum, Et credo hominē posse ex voto ad huius
modi abstinentiam obligari, q̄ autem aliter predica
uerim erraui contra legem dei & eius ecclesiam, tollēs
modum reprimendi carnis rebellionem & alliciēs ad
illud per quod impeditur anima ne in deum eleuetur.
Credo prelatos posse taliter subditos obligare q̄ si
transgredierentur preceptum mortaliter delinquerēt,
nec omnis ignorantia vel passio eos excusat etiā vbi
nō fuerit scandalum nec contemptus, q̄ autem aliter

dixerim vel predicauerim erraui in fide & moribus
retrahens subditos a debita obedientia & subiectione
praelatorum leges positiuas seditiose destruens.

Capitulum omnis vtriusq; sexus quo cauetur semel
saltem in anno confitendum rationi consonum & sa-
luberrimum censeo nec propter determinationem te-
poris est irrationabile iudicandum, quod autem op-
positum predicauerim erraui temerarie & iniuriam
sacro sancto concilio intuli a debita sacramentali con-
fessione homines retrahens.

Petrum apostolum inter apostolos supremū a chris-
to institutum credo, & assero quemlibet eius successo-
rem auctoritate diuina esse caput ecclesie sub christo.
Iudico insuper non omnes episcopos esse equales po-
tissimum i foro exteriori, q̄ autē aliter predicauerim
errauit, principis apostolorum superioritati derogās
& eius successoribus auctoritatem adimens ordinem
hierarchicum omnino peruertens.

Aliorum autē articulorum quos senseram quos me
predicasse non recolo, declarationi supersedeo, suffi-
cere enim videtur eorum reuocatio.

Vt autem omnibus innotescat mei erroris & peruer-
sę predicationis causa nouerint omnes quod prop-
ter nimiam meam erga Lutherum affectionē, & quia
videbar populo dogmate illo peruerso placere, in er-
rores turpiter incidi & eos prædicauit,

Cognoscens igitur per dei gratiam veritatem & in-
structus aliter sentiens reuoco & retracto vt dixi, om-
nes errores quos predicauit & sensi & de quibus con-
fabulatus sum, & damno omnem errorem & heresim
potissimum Lutherianā, & amplector fidem catho-
licam quam tenet & predicat sancta Romana eccle-

B ij

sta & ei me in fide & omnibus que docet submitto & ete in promitto & iam iuro sicut iam promisi & iura in adherere & Lutherum cum suo dogmate procul a me abicere Quib⁹ sic vt promitti lectis illico similes eiusdem sententię articulos in teuthonica lingua huius patrię Brabantię fideliter translatos vt prius etiã publice & alta voce legit & protulit.

Et ex post, statim factis paucis verbis ad eundẽ populum orauit omnes & singulos vt deuote ad omnipotentem deum preces funderet quatinus eidẽ de commissis predictis erroribus clemẽter miseretur & ignosceret, his peractis reuerendus dominus Hieronimus Aleander commissarius & nuncius apostolicus nomine sanctissimi domini nostri pape & sedis apostolicę, necnon dictus magnificus dominus Hieronimus vander noot nomine cesareę & catholicę maiestatis ac prefatus reuerendus in christo pater dominus suffraganeus & officialis ac vicarij predicti nomine reuerendissimi domini cameracensis respectiue de & super premissis omnibus & singulis petierunt a me subscripto notario eis edi seu confici publicũ seu publica instrumentum & instrumenta

Acta fuerunt hec anno, Indictione, die, mense, hora, & pontificatu quibus supra presentibus ibidem existens sacre theologie professoribus ac magistris Ludouico coronel, & Ioanne quintana qui prius vna cum reuerendo patre fratre Ioanne glapion cesareę maiestatis confessore & magistris Nicolao de egmũda ac Iacobolathomi sacre pagine doctoribus, etiã magistro Francisco vander hulst vtriusq; Iuris Licenciato & in concilio brobantię consiliario ac alijs qui tã apostolica quam cesarea ac ordinaria commissione ref

pectiue ad examen & instructionē prefati Patris Ia
cobi vt notorium extat deputati fuerant, presentib⁹
etiam in eodem oxali venerabilibus ac religiosis pa
tribus dominis priore ordinis predicatorum & gar
diano minorum eiusdem oppidi Bruxelleñ ac magis
stro Ludoco cloet decretorum doctore & cantore nec
non magistris Daniele p̄nbroec decano ecclesie col
legiate sancti Martini alosteñ. & Nicolao oudenakē
predictę ecclesie sancte Gudule canonicis ac etiam
magistro Adriano herbouts pensionario seu aduoca
to oppidi Antwerpieñ & Henrico lips vergario sepe
dictę ecclesie sanctę Gudule et Simone dauchi ianito
re seu ostiario cancellarie brabantie & cum pluribus
alijs tam clericis quam laicis supereodē oxali existen
tibus, Sic subscriptum EGO Nicolaus de spira cle
ricus cameracensis diocesis artium liberalium magis
ter & in Iure canonico licentiatus reuerendissimi do
mini administratoris cameraceñ & sue curie episco
palis in pretacto oppido Bruxelleñ aduocatus sacris
apostolica & imperiali auctoritatibus Notari⁹ pub
licus, Quia contioni siue sermoni necnon articuloꝝ
supra scriptorum lectioni pronūciationi, reuocatiōi,
reclamationi, retractationi p̄ Fratrem Iacobum pre
positi, modo quo superius inferuntur ac etiam eius
dem declarationi sue fidei credulitati promissioni ac
solemnis iuramenti prestationi submissioni ac depre
cationi omnibusq; alijs sic vt promittitur actis gestis
& factis presens & personaliter vna cū predictis testi
bus & cum pluribus alijs supra dictum oxale cōsiste
tib⁹ iter fui eaq; sic fieri ac peragi vidi et audiui. Ideo
hoc presens publicum instrumentum manu mea p̄
pria fideliter conscriptum & subscriptum signo meo

B ij

notariatus maiori quo in instrumentis publicis uti
consueui subscripsi in fidem robur & testimonium
omnium premissorum a preuatis reuerendis ac mag-
nificis & venerabilibus viris prescriptis respectiue i-
stanter rogatus & requisitus.

N De Spira.

Articuli falsi & heretici in ciuitate Traiecten publice
reuocati & abiurati per magistrum Hermannū Ger-
ardi presbiterum. Anno .M. D. xxii. post octauas
Epiphanię, in diuę Cecilie templo.

Articulus primus.

Homo sola fide sine operibus saluari potest.

Articulus secundus.

Nulla sunt sanctorum merita.

Articulus tertius.

Quicumque orat aut quippiam erogat ad acquiren-
dum indulgentias blasphematur in deum.

Articulus quartus

Ieiunium non est obseruandum ad meritum vel sa-
tisfactionem peccatorum, sed solum ad refrenandam
sensualitatem & quando illa est rationi subiecta tunc
amplius non obligamur ad ieiunium.

Articulus quintus.

Portare cilicium non est bonum nec laudandum
sed vituperandum, nec a deo preceptum, sed ab hypo-
critis inuentum & sine ratione aut utilitate ab homi-
nibus institutum.

Articulus sextus.

Omnes expense que non cedunt in utilitatem pau-
perum sunt inutiles, Atque ideo perditus decor eccle-
siarum & cultus imaginum.

Articulus septimus.

Quicumq; seruit deo intentione & in spe retributio-
nis, perdit operam.

Articulus octauus


Nullus homo christianus potest seipsum obligare
ad aliquam certam formam viuendi extra mandata
dei sed debet manere liber.

Articulus nonus,

Nullus potest communicare bona merita sua aut
spiritualia bona alteri.

Impressum Liptzck per Baccalauream Mar-
tinum herbipolensem Anno Milefimo
Quingentesimo Vigesimo secundo

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



116



as pres tubis cyma 3 moni. 7
mly eius 20 patti. 7 ut 7 subat
atque 7 7 splenduerit mouere
dierit sicut lamade 7 nam

trig aduim nos ut nos disp dicit. Tu aut las que
coquatur. Quomodo potum subat an facit illoz
nisi tu aduices nos. Et tubis cyclamenerit vo
Et post hec est. **Et** magna **Et** na **Et**


trū adūsum nos ut nos dispādit. Tu aut fas que
wgratū. Quomō potāno salūte an face illor
nisi tu adūces nos. Et tubis cyclāmanerū do
F et post hec oſta **Q** de magna **ERRA FA**
tūc iudas dūces ebūnos et centuriones. et pē
teſentatōis et dētorionēs. et dicit hūc qui colli
catant dūnos et ſponſatant hūnos et plangat
vīcas et formidūſos ut fōdret inūſūp in
dōmū ſuam ſedū legem. Et mōnerit calōa.

as ptes tubis cymā dmony. et
nily eius ſtopati. Et ut iſulāt
atōros et iſplenduerūt monēs
vnerūt ſicut lampades ignis
ta est ps ex tūis p montes exo
hūha: et ſqūg cante et vōd mal
tur vūis mſpāntes trām. no
wz et m ceſſa turbe et m collaſio
erat em cymā magms et fō

Aduersus
Cocleum

ad locū saluatiōis dicit multos et
nos illic et machinas ignis iacula
epulas iactantibus et spicula et con
anabas sagittas et frondi vula. **Et**
et ipi machinas adhibebat. **Et**
vos et pugnantibus dicit multos
citius mouerunt eo quod septem
qui inuaserant in iudā dixerunt
ut et sagittas vos quod oppositū
inueniant in sacis in penna quia ubi

Et audierunt iudaei tunc regnum. **In** **quarta**
nomi vos et accipiunt argenti et aurum multa
valde et pueros et uenerunt ut acciperent filios in
feruos. **Et** addit fuit ad eos spatium forte et hie
aliquos regnum. **Et** in die iudaeis et hie dicitur quod multa
plena fuit mala et spatium applicabat ad facies
vos. **Et** agnouerunt illa regnum que mandauerunt ad
pulo fuit in iudā et in dicitur. **Et** **quarta**
Et dicitur vniuersis ad primum fuit. **Et** **quarta**
dicitur post nunc et pugnantibus in pulo in dicitur



Adversus arm.
tum. p. m.
Kochlein.

986

Georgs-B.



o o
Aduersus
Cocleium

Georg 988



gegen dem
m noch zur
ent Bianitz
man zu vi
Bis die star

za in Lan
opr andern
auch ohne
achte / das

das gesen
ochmeyster
en schiff an
em steyß wi
er auch seer
en so wer er
ffen.

